



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

I. In salutationem Angelicam, ternis in singula verba adnotatiunculis distinctu. Ad Cap. hujus Libris quintum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

TRACTATUS IN SALVATIONEM ANGELICAM,

Ternis in singula verba adnotatiunculis distinctus,
SERVATIS QVO AD EIVS FIERI POTUIT IISDEM
Diuinorum oraculorum, & sanctorum Patrum verbis, adnotatis in
margine vnde deprompta sunt, locis. Caterum pleraque,
quæ hic breuiter perstringuntur, copiosius in
hoc Opere ipsam pertractantur,

*Accedit, quomodo singula salutationis Angelicæ verba singulis Deiparæ Festis,
quæ ad duodecim reuocauimus, accommodari possint.*

*De hac u-
berius in
c. 3 huius
Operis.*



V illud Ave in fronte
salutationis Angelicæ ad
Virginem Deiparam fa-
ctæ, idem sit, quod Gau-
de, quemadmodum c. 5.
huius Operis fusius ex Pa-
tribus ostendimus; non-
nulli quoque diuino con-
silio interpretem ea voce usum meditentur, quæ
Eua inuersis tamen literis continetur, apto san-
ctæ Anagrammate, ut ipsa literarum inuersio,
dispartem, in d' oppositam utriusque Parentis
conditionem exprimeret siquidem per Virgine-
nem Deiparam, cui huiusmodi saluatio est
facta, sublata est maledictio illa ab Eua in Or-
bem terrarum inuecta, ad quod alludens Ec-
clesia, de Virgine sanctissima canit.

Offic. Eccl.

*Sumens illud Ave
Gabrielis ere
Fundat nos in pace
Mutans Eue nomen.*

*Bonaue-
n. S. Antoni-
ni.*

Nec desunt alij cum sancto Bonauentra
in speculo B Virginis cap. 2. & sancto Antoni-
no 4. part. titul 15. capite 13. §. 4 qui huius-
modi Ave ab eo, quod est absque væ, hoc est
absque miseria deductum velint: de quo nos
supra in capite quinto huius Operis egimus.
Cum enim Deipara ab omni væ quàm lon-
gissime absit, propterea ab Angelo initio
salutationis voce illa Ave id ei significatum
existimant. Propterea nos in singulas huius-
modi acceptiones aliqua afferenda duximus:
quicquid enim sit de pia illa huius vocis ac-
commodatione, quæ eam ad Eoam transposi-
tis literis, seu ad id, quod est sine væ referunt,
certum tamen est ea omnia, si rem ipsam spe-
ctemus, in beatissimam Virginem optime con-
uenire.

Et ut à prima significatione ordiamur, quæ
Aue idem sibi vult, quod Gaude, nos rationes,
quibus Deiparæ Virgini gaudendum est, ex ijs
potissimum in præsentia proponemus, quæ in
sacris literis de ea pronuntiata, vel in ea gesta
esse in mysterio Incarnationis narrantur eaq;
ad tempus præsens referemus. Ergo Virginem
Deiparam cum Gabriele Archangelo in hunc
modum reuerenter saluamus.

Ave hoc est Gaude Virgo sanctissima.

1. Quia es grata plena.
2. Quia Dominus tecum.
3. Quia benedicta tu in mulieribus; siqui-

dem GAVDIA Matris habens cum virginutis
honore, nec primam similem viles, nec ha-
bere sequentem.

II. Gaude Virgo Beatissima.

1. Quia inuenisti gratiam apud Deum
quam & ipsa quærebatur, nec ante vi-
lus inuenire vnquam potuerat.
2. Quia Spiritus sanctus superueniet in te,
& virtus Altissimi obumbrabit tibi: ecce conce-
pisti in utero, & peperisti Iesum filium Altissimi.
3. Quia fecisti tibi magna, qui potens est,
ideoque in tuo Cantico spiritum tuum in Deo
salutari tuo exultasse fatebatur.

III. Gauda Virgo sacratissima.

1. Quia gaudium annunciaisti vniuerso
mundo: ex te enim ortus est Iou-
stitiæ Christus Deus noster, qui tanquam ve-
rus noster itaac (Itaac enim risum sonat) ex te
omnium Domina per Sarai (quæ Domnam
significat) figurata prodijt: qui soluens male-
dictionem dedit benedictionem, & confundens
mortem donauit nobis vitam sempiternam.
2. Quia tartarei serpentis caput, eiusque
seminis à præpotenti Deo inimica iam inde à
mundi

Ecclesiasticum Officio. mundi exordio constitutus, illius truculentum caput contrivisti.
3. Gaude, quia cunctas hæreses interemisti sola in univerto mundo.

Ave Virgo Gloriosa mutans Eua nomen.

- 1. **T**V siquidem nova Eva secundi ac cælestis Adæ, qui factus est in spiritum vivificantem, vera es Mater.
- 2. Tu reddis almo germine, Quod Eva triftis abstulit.
- 3. Tu cunctorum Mater es viventium, qui nimirum in vitam spiritualem regenerantur.

Ave absque va hoc est sine miseria.

- 1. **C**ulpæ originalis.
- 2. **C**ulpæ cuiuscunque actualis, quam visibilissimæ.
- 3. Absque peccati fomite, qui in te perpetuo extinctus fuit.

MARIA.

Hiero, lib. de nomin. Hebr. in Matth. & Exo. Maria egyptologia hac amara significat.
2. **Q**Væ juxta huius sacratissimi, ac mellifloui nominis interpretationem stella es, ac myrtha maris, amarum item mare, & Domina.

- 1. Stella es illuminatrix maris hominibus, qui in amaro, ac procelloso præsentis vitæ mari eius fluctibus jactantur.
- 2. Myrtha es maris, & amarum mare: & quidem myrtha maris fuisti ratione compassionis amarissimæ, qua veluti acutissimo gladio anima tua sanctissima transfixa est, ac veluti iniqui maris fluctibus exercita, verba illa Domino dicere poterat: *Omnes fluctus tuos induxisti super me: Magna enim voluit mare fuisse contritio tua.* Amarum vero mare es dæmonibus: *Per te (ut verbis utar Bonaventuræ) oppressi, & submersi, non secus, ac Aegyptii in mari rubro, idèque illis amara facta es, atque timenda.*
- 3. Domina verò es Angelorum omnium, atque hominum.

GRATIA PLENA.

- 1. **P**lena fuisti gratia, quam vocant justificantem, ac virtutibus, quæ illam concomitantur theologiceis, cæterisque infusus, unicum sancti Spiritus donis, ac fructibus universis, in eminentissimo quodam atque heroico gradu: quæ omnia Deus optimus plena in te manu concessit.

- 2. **G**ratias, quæ gratis datæ dicuntur, instructa.
- 3. Singularibus privilegijs, atque prærogatiuis præ cunctis egregiè exornata.

PLENA.

- 1. **P**lena quidem fuisti gratia in tua immaculata Conceptione.
- 2. Superplena in divini Verbi ex tuis castis visceribus Incarnatione.
- 3. Superfluens, seu redundans nobis omnibus in tua præsertim gloriosa Assumptione, quippè, quæ veluti vas pretioso liquore plenum cum precibus nostris moyseris, gratias uberrimè effundis.

DOMINUS.

- 1. **Q**ui est Pater tuus.
- 2. Filius tuus.
- 3. Sponsus tuus.

DOMINUS TECUM.

- 1. **Q**Via in Te Domini omnipotentia, Sapientia, & Bonitas præ omnibus puris creatoris insigniter relucet.
- 2. Ex Te Dominus carnem assumens in sacratissimo utero tui templo novem menses est commoratus.
- 3. **T**ECUM non solum multis annis in terris conversatus: verum etiam **DOMINUS TECUM**, hoc est Tuus, olim quidem sub jure quodammodo tuo, dum tibi subditus, atque obediens esse dignatus est: nunc etiam in cælo, dum tuis precibus prompta voluntate moxem gerere studet. Quare de ficiente in nostris spiritualibus nuptijs, quibus anima eidem Christo desponsatur, consolationis vino pro ea, qua apud illum polles auctoritate fidenter ei suggeris. *Vinum non habent: nec pateris repulsam cum ad preces tuas tribulationis aqua Christi virtute in vinum spiritualis gratiæ, atque lætitiæ convertatur.*

igitur (ut eadem utar precatione tui Anselmi) *Pissima Domina obsecro te per gratiam, qua sic Dominus esse tecum, & te voluit esse tecum, fac propter ipsam secundum eandem ipsam gratiam, misericordiam tuam tecum, fac ut amor tui semper sit tecum, & cura mei semper sit tecum: fac ut timor necessitatis meæ, quantum ipsa*

Ecce 3

p. 189

Bern. ser. 2. de Assumpt. spiritu s. d. Et superne nomen nobis quoque superplena & superfluens facta est.

Bonaventura in spec. cap. Luc. 2.

Vitata dicendi formula, quæ admodum Psalm. 49 ex persona Dei pulchritudo agri meum est: hoc est in mea ditione, ac potestate. Luc. 2.

Ioan. 2. Anselmus apud Bonaventuram in spec. B. Verg. ca. 9.

persistis sit tecum, & respectus pietatis tuae, quam-
diu ego subsisto sit tecum: fac ut congratulatio
beatitudinis tua semper sit tecum, & compassio
misericordiae tuae semper quantum mihi expediat sit te-
cum: Dominus ergo tecum & MARIA.

I. BENEDICTA TU.

Gen. 3. **Q**uæ maledictionis cuiuscunque expers,
omni es cum benedictione; si-
quidem.

1. Benedicta tu inter conjugatas; quippe
quæ Virgo, & fecunda fuisti, nam & sterilita-
tis opprobrij, quæ apud Iudæos olim maledic-
tionis instar erat, immunitas Genitricis digni-
tatem obtinuit, & virginiam pudicitiam
non amisti.

Gen. 3. **2.** Benedicta tu, quæ filium tuum dulcissi-
Isai. 66. mum absque ulla doloris in partu maledictio-
ne cæteris mulieribus propter Evæ peccatum
irrogata, in lætitia peperisti.

Gen. 3. **3.** Benedicta tu, cujus corpus sacratissimum
Ecclesiast. in in sepulchro communem illam maledictio-
dia Assum- nem, qua omnes filij Adæ in terram aliquan-
ptionis ex do convertuntur, diuino beneficio evasit: ne
Damaſce que enim vidit corruptionem, sed eo post
no orat 2. tuam faciam dormitionem ab anima mox re-
de dormi. sumpto, gloriosa & corpore, & anima à dextris
Psalm. 44. filij aditas in cælis.

II. BENEDICTA TU.

Judith 13. **B**enedicta tu à Domino in virtute sua,
quia per te ad nihilum redegit ini-
micos nostros.

Verba sūt **2.** Benedicta tu per cujus partum antiqua
Augustini maledictio tollitur, protoplastorum mutatur
serm. 18. de natura, deletur culpa.

sanctis. **3.** Benedicta filia tu à Domino, quia per te
Ecclesia in fructum vitæ communicavimus, cuius gustu
Officio. ad æternæ vitæ delicias, & perennitatem enu-
titur, ac reparamur.

III. BENEDICTA TU.

Judith 13. **B**enedicta tu à Domino Deo excelso
omnibus mulieribus super ter-
ram, quia hodie nomen tuum ita magnifica-
vit, ut non recedat laus tua de ore hominum,
qui tempus fuerint virtutis Domini.

Luc. 1. **2.** Benedicta tu inter mulieres ab Archangelo
Gabriele, & S. Elisabeth merito pronun-
ciatis.

3. Benedicta tu non solum à S. Simeone se-
ne, & ab Anna Prophetissa in tuæ mundissimæ
Purificationis die, verum etiam à muliere illa
de turba, quæ typum gerens ecclesiæ Catho-
licæ, Iudæorum furorem filium tuum calom-
niantium nihil verita, non minus pie quam
fortiter extollens vocem, dixit illi: *Beatus vener*
quis te portavit, & ubera qua suxisti. Quis etiam
à filiabus Sion, ab animabus scilicet religiosis,
quæ te viderunt, hoc est mentis oculis exi-
antiam tuam dignitatem attendere expendunt, Luc. 1.
collaudant: imò ab illis, & ab omnibus gene-
rationibus, quem admodum tu ipsa testata es
beatissimi prædicantis: *Quoniam* (ut verbis u-
ta Bernardi) *omni bus generationibus tuam, & gloriam genuisti,*
in te enim Angeli lætissimam,
justi gratiam, peccatores veniam inveniunt in
æternum.

IN MULIERIBUS.

1. **T**u es mulier illa fortis à Salomone
sapienter descripta cunctis seculis
desiderata cuius pretium procul, & de ultimis
finibus.

2. Tu es foemina illa apud Ieremiam, quam
in utero virum circumdedisti id est Christum
jam tum virum sapientia perfectissimum abs-
que viri consortio conceptum.

3. Tu inter mulieres virginittatis vexillum
voto contignatum prima omnium sine exem-
plo extulisti, quia etiam norma & regula con-
jugatis, pariter atque viduis extitisti.

BENEDICTUS FRUCTUS VENTRIS TUI.

Filius tuus sacratissimus fructus ventris
tui ab omnibus benedictus prædicatur.

1. A S. Simeone senes, & Anna Prophetis-
sa in templo.

2. A pueris Hebræorum in solempni die Pal-
marum ei acclamantibus: *Benedictus qui venit*
in nomine Domini: Hosanna in excelsis

3. Ab Angelis, & Sanctis in celo: quia et-
iam teste S. Joanne in sua Apocalypsi: *Omnis*
creatura qua in celo est, & super terram,
& sub terra, & qua sunt in mari, &
qua in eo, omnes pariter agnum
benedicebant.

2. FRUCTUS VENTRIS TUI.

- Gen. 3. 1. **F**ilius tuus benedictus est fructus ligni vite suavissimus, qui ex Crucis sacratissima ligno benedicto, per quod fit iustitia, pendit, mortemque nostram ex peccato Adæ inflatam moriendo destruxit, & gustatus vitam reparat sempiternam.
- Gen. 22. 2. Filius tuus est semen illud Patriarchis promissum, in quo benedicendæ erant omnes gentes terræ.
- Psal. 116. 3. Fructus ventris tui est hæreditas Domini, & merces Beatorum in cælo.

VENTRIS TUI,

- Luc. 11. 1. **B**eatus venter tuus, qui æterni Patris filium porrauit.
- Can. 7. 2. Benedictus venter tuus, qui fuit sicut asceruus tritici vallatus lilijs. Umbilicus etiam tuus sicut crater tornatilis nunquam indigens poculis: ex te enim prodijt Christus Dominus, cuius pretioso corpore, & sanguine in hac nostra peregrinatione sub speciebus panis, & vini pascemur, nutrimur, ac roboramur.
- 3. Venter tuus fecundus ille quidem, sed tamen vallatus lilijs, quia candidissima virginitatis perpetua integritate ante partum, in partu, & post partum, vndique septus est, atque munitus, & contra dæmonum venena non lecus, ac lilium contra serpentis ictus anidotum es præsentissimum.

1. J E S V S.

- 6. 1. **J**esus hoc est Salvator, qui est magnus secundum nomen suum; maximus in salutem electorum Deitæ enim verba Eccl. 46. in laudibus Iesu Naue, qui apertissima Christi figura extitit profertur; Iesus namque nomen suum implens, saluum fecit populum suum à peccatis eorum.
- 2. Nomen hoc Iesu ex græca etiam etymologia auctore Epiphano, & alijs tantundem sonat, quod Medicus ipse etenim cunctis animarum nostrarum languoribus medicinam affert: de hac medicina, quam Altissimus de terra creavit Eccl. 1. 3. 8, hoc est de Christo, qui ex carne Virginitatis est formatus, vberius cap. 20. huius Operis.
- 3. Hoc nomen novum, quod vs Domini

nominauit, & à nobis ob eius dignitatem eximiam, & altissima, quæ continet sacramenta penitus comprehendendi nequaquam potest, iuxta illud Proverb. 18. *Quod est nomen eius, & quod nomen filij eius senescit?* hoc (inquam) nomen diuinorum attributorum proprietates exprimit, aliorum Christi nomen, quæ Isa. 9. & in alijs diuinorum oraculorum locis ei tribuuntur. mysteria in se vno complectitur, quem admodum Manna, quod omne delectamentum, omnemque habebat saporem suauitatis.

tract. 37.
Isa. 62.
Prover. 18
Isa. 9.
Sap. 16.

2. I E S V S.

- 1. **C**rus nomen sacratissimum. Sanctum est, & laudabile in secula Angelis, & Beatis in Cælo.
- 2. Magnum, & admirabile hominibus in vniuersa terra.
- 3. Tremendum, atque terribile, dæmonibus in inferno.

Dan. 3.
Psal. 77.
S. 8.
Psal. 110.

3. I E S V S.

- 1. **C**rus nomen gloriosum.
- 1. **T**urris est fortissima, quæ iustum quemlibet, qui ad ipsum currit, tutatur, & exaltat.
- 2. Est maxime salutare, propter hoc enim nomen Dominus peccatis nostris, quantumuis magnis, propitiatur, iuxta illud: *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo multum est enim: nec enim aliud nomen est sub Cælo datum hominibus, in quæ oporteat nos saluos fieri: naque ab omnibus mentis magnificandum est, & in diuinitate exaltandum, atque iuocandum: Omnis enim, qui inuocauerit nomen Domini, teste Ioel. saluus erit.*
- 3. Est virtutis iustitiæ, & efficacitatis inuictæ, de quo ipse Dominus: *In nomine meo dæmonia eieci, & lingua l. quætur nouus, serpentes tollent, & si meri ferum quis biberint, non vis nocent, super agris manus imponent, & bene habebunt: In hoc enim nomine spernemus insurgentes in nobis* Psal. 43.

Dan. 3.
Prover. 18
Psal. 24.
Act. 4.
Psal. 33.
Psal. 77.
Isa. 2.
Act. 2.
Rom. 10.

4. I E S V S.

Hoc benedictum nomen maiestatis Domini est, super omnia nomina ita ut in nomine Iesu omne genu flexatur.

Psal. 77.
Phil.



- 1. Coelestium.
- 2. Terrestrium, &
- 3. Infernorum.

5. I E S V S.

Psal. 62.

1. **I**N hoc nomine preces nostrae Patri Aeterno, & ipsi Christo sunt porrigendae, ut exaudiantur, iuxta illud

Ioan. 16.

Psalmi: in nomine tuo leuabo manus meas, & lo-
an. 16. Si quid petieritis Patrem in nomine meo,
& dabit vobis, & Ioan. 14. Si quid petieritis me in
nomine meo hoc faciam.

Psal. 19.

2. In hoc nomine Dei nostri nos ipsi magnificabimur.

Psal. 32.

Psal. 39.

3. In hoc nomine sancto Domini sperare debemus *psal. 32. & sancte beatus vir, cuius est*
Nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanas falsas.

6. I E S V S.

Psal. 8.
Cant. 1.

Grius nomen admirabile a sponsa oleum effusum esse dicitur, quoniam instar olei.

1. Corda peccatorum dura emollit.

2. Deuotionis ignem, ac feruorem nutrit, & acuit.

Psal. 103.

3. Faciem conscientiae exhilarat, vires quoque, ac membra spiritualium athletarum ad pugnam cum daemone, ac tyrannis fidei persecutoribus roborat, atque confirmat, ideo enim

Act. 1.

Apostoli ibant gaudentes a conspectu Consilij, quoniam digni habiti sunt pro Nomine Iesu contumeliam pati: quare S. Ignatius praecclarissimus Christi martyr antequam leonibus obijceretur in suis atrocissimis tormentis, sanctissimum Iesu nomen identidem appellabat; cuius rei causam cum a carnificibus rogaretur, se nomen hoc in corde scriptum habere, ideoque ab eius inuocatione cessare non posse respondit: quo per martyriam vitam sancto, cum eius cor in partes esset dissectum, I E S V nomen aureis literis exaratum in singulis partibus inuentum est: quemadmodum refert Vinctius

Vinctius

Beluacensis

S. Antonii

Psal. 53.

Psal. 128.

10 cap. 57. & sanctus Antoninus par. 1. histor. tit. 7. cap. 11. Hinc voces illae Regij Prophetae in suis persecutionibus *Psal. 53. Deus in nomine tuo saluum me fac. & Psal. 128. Adiutorium nostrum in nomine Domini sibi conferti suppliciter exposcit.*

7. J E S V S.

HOc nomen mellissimum olim (vt verbis r. 7. r. Bernardi sermone 15. in Cantico) Angelis, quibus in caelo innotuerat, infusum, merito a Sponsa oleo in homines etiam effuso comparatur, quemadmodum enim oleum fouet ignem, nutrit carnem condiendo cibos, & lenit dolorem ita nomen Iesu, ut eleganter Bernardus ostendit loco citato.

1. Licet praedicatum, ideoque Paulus *vas* *electiois* a Christo est missus, vt coram gentibus & regibus, & filijs Israel hoc nomen portaret, cuius luce caelum terrasque completeret.

2. Pascit recogitatum, eius enim memoria mentem spirituali adipe impinguat, exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat mores bonos, castas fouet affectiones, & andus est omnis animae cibis si non oleo isto infundatur, insipidus nisi hoc sale condidatur.

3. Lenit inuocatum, & vngit, si enim adhaerent animi tristitia, cordis duritia, ignauiæ torpor, rancori animi, languora cedia, alijque spirituales morbi, atque languores, ad huius sancti nominis inuocationem his omnibus medicina affertur. Iesus enim suo nos exemplo sanat, suo nos roborat adiutorio, hæc ferè ad verbum ex Bernardo.

8. I E S V S.

HOc sanctissimum nomen in tribus potissimum mysterijs celebratum inuenitur. In Annunciatione sanctissimæ Virginis Deiparæ legitur illud vocatum ab Angelo priusquam in vtero Dominus conciperetur illis verbis ad Deiparam, *Eccc concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.*

2. In sacratissimi Domini Circumcisione cum a sanctissima Virgine hoc est ei nomen impositum.

3. In amarissima Domini crucifixione est exaltatum, cum in triumphali titulo super crucem posito Hebraicè, Græcè, & Latine fuit inscriptum, **I E S V S NAZARENVS REX IVDÆORVM.**

9. J E S V S.

Nomen hoc suavissimum.
In aure est dulcis canticum.

In tubilo, 2. In ore mel mirificum.
& sermo- 3. In corde tubilus, & noctar caelium.
ne 15, in
Cant.

10. IESVS.

1/a. 13. **C**VIVS nomen excelsum grata semper me-
Psal. 44. moria nobis est recolendum cum ipse
1. Cor. 15. totum nobis se exhibere dignatus sit, factus om-
Verba Ec- nia in omnibus; quippe qui.
clesia in
Hymno
sanctissimi
Sacramen-
ti.

- 1. Se nascens dedit factum, conuiscens in edu-
lum viatoribus.
2. Se prioris in praeium peccatoribus.
3. Se regnans dat in praeium comprehen-
sibus.

11. IESVS.

Bernard. **Q**VI, vt eleganter canit Bernardus in suo
Psal. 39. tubilo.
1. Spes est poenitentibus.
2. Pius eam potentibus.
3. Bonus eum quarentibus: sed quid inuention-
tibus.

12. IESVS.

Bernard. **R**EX est admirabilia, ac triumphator no-
lico citato bilis.
Apos. 15. 2. Dulce do ineffabilis.
& Colof. 1. 3. Totus desiderabilia.
Cap. 16. **Q**uilibet ergo toto cordis affectu suauissi-
Cant. 5. mis illis verbis apud Augustinum lib. de contri-
Augustin. tione cordis cap. 5. tom. 9. Sacratissimum nomē
IESV crebrō inuocare sic studeat: Iesv propter
nomen tuum dulce, fac mihi secundū nomen
tuum. Iesv obliuiscere superbum te puouocantem.
respice pre miserum te inuocantem. Iesv nomen
tuum dulce, nomen delectabile, nomen confortans
peccatorem, & nomen beata spes, Quid est enim
Iesvs nisi Saluator? ergo propter temotissimum Je-
sv, esto mihi Iesvs, esto mihi Saluator benignus:
noli Domine, noli attendere sic malum meum, vs
obliuiscaris bonum tuum: O bone Domine Iesv,
& si ego admisit unde me damnare possis, tu non
amissisti unde saluare soles.

SANCTA MARIA.

Cant. 6. **Q**UAE sancta fuisti in tua immaculata
Conceptione dum progredieris quasi
aurora consurgens veri solis praenuncia, & dae-
mones, aues nocturnas, fugans: Angelos, &

ues diurnas, ad Deum collaudandum exci-
tans: omnes laetitia afficiens, & peccati tene-
bras expellens.

2. Sancta in omni vita purissima, praeser-
tim in tua salutari Annunciatione; cum filium
Dei concipiens, facta es pulchra vt luna ab eo-
dem Christo sole iustitiae singulariter vndique
illuminata; & ijs, qui in peccatorum tenebris
degunt, non secus, ac luna in nocte, exemplo,
precibus, & meritis praeluces.

3. Sancta in tua gloriosa assumptione, qua
do electa vt sol processisti; omnes etiam iustos,
qui in diuinae gratiae splendore viuunt tua in-
tercessione illuminans, & ad diuinum amore
inflammas.

1. MATER DEI.

1. **T**V es illa terra nostra à Domino be- P/al. 84.
nedicta, quae dante Domino benig- 1/a. 45.
nitatem, dedisti fructum tuum, & germinasti
SALVATOREM.

2. Tu es mulier illa fortis à Salomone sum- Prou. 31.
mis Encomijs celebrata, quae facta es quasi nau-
is in fitorio de longè, hoc est de caelo, portans
PANEM tuum, Christum scilicet, qui est panis loquor.
vita: & huic panem viuum, qui de caelo descen-
dit per tuum partum virginicum enixa; in Be-
thelem, quae domum panis sonat, exposuisti. Esther. 10.
3. Tu es fons ille parvus à Mardochæo per & 11.

somnium visus, qui creuit in fluium maximū,
& in lucem, solemq; conuersus est, & in aquas Epiphan.
plurimas redundauit; vt propterea ab Epipha- serm. de
nio, Damasceno, & alijs, Fons lucis aeterna, quae Deipara
illuminat omnem hominem merito appelleris; Damasca-
ex te enim ortus est sol iustitiae Christus Deus non-
nus orati- ster, qui de se ipse dicebat: Ego sum lux mundi. de Nat.
lean. 8.

2. MATER DEI.

1. **Q**UAE cum sis Genitrix Dei, qui est om- P/al. 88.
ne bonum, cui vni quicquid boni ha-
bemus, acceptum referimus; à quo bona con-
sta speramus; cui tot nominibus tantum de-
bemus: ideo tu praes omnibus secundum Deū
summa charitate, atque amore à nobis es dili-
genda. D. Thom.

2. Quae cum ex hac Dei maternitate digni- 1. p. q. 25.
tatem quandam infinitam sis affecta, singu- art. 6. ad
lari propterea reuerentia, & adoratione, 4. 2. 2. q.
quam vocant hyperdulia; praes ceteris san- 105. art. 4.
ctis es colenda. ada.

Fff

3. Quae

Ecclesiis in Officio.

3. Quæ propter hanc intimam cum filio coniunctionem, ea apud ipsum vale, auctoritate, vt magna fiducia sub tuum præsidium confugere possimus, quo apud eum pro nobis intercedere, & quæ salutis nostræ sunt necessaria ab eo impetrare digneris: quid enim negabit matri ostendenti peccata & vbera?

3. MATER DEI.

Bernard. serm. 2. de Aduentum.

1. **I**Taque cum tuo Bernardo precamur.
 1. *O benedicta inuentrix gratia.*
 2. *Genitrix vita.*
 3. *Mater salutis, Per te accessum habemus ad filium, vt per te nos suscipias, qui per te natus est nobis.*

1. ORA PRO NOBIS.

1. **C**VM sis vera Dei Genitrix, ac proinde Regina cælorum; Domina item Angelorum, atque hominum: idcirco nos seruos ac famulos tuos opem team humiliter implorantes, precibus ac mentis tuis defendente, ac protegere dignare.

2. Cum mater nostra vocari non dedigneris; idcirco pro nobis filijs tuis, licet indignis, sub tuum præsidium confugientibus, apud sacratissimum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, quæ sumus intercedere digneris.

3. Cum Mater misericordia, Mediatrix, item & Aduocata nostra merito voceris, ad nos gementes, & stentes in hac lacrymarum valle, illos tuos misericordes oculos conuerte; & clementum tuorum piè te inuocantium patrocinium apud Iudicem filium tuum, vt suscipias, enixè rogamus.

2. ORA PRO NOBIS.

Bernard. loco citato

1. **C**VM eodem Bernardo oramus.
 1. *Domina nostra.*
 2. *Mediatrix nostra.*
 3. *Aduocata nostra.*
 1. *Tuo filio nos commenda.*
 2. *Tuo filio nos reconcilia.*
 3. *Tuo nos filio representa.*

PRO NOBIS PECCATORIBVS.

1. **F**ATEMUR NOS multis sceleribus ob-

strictos; sæpè ac grauius nostris peccatis tuum filium Deum nostrum offendisse. eumque ad iustam de nobis vltionem sumendam prouocasse.

2. Ideoque omni pœna ac supplicio dignos.
 3. Verum tamen ad eius misericordiam supplices te Mediatrix confugimus.

N V N C.

1. **H**Oc est in hac præsentis vitæ, quæ re. ¹³
 uti nunc & instans indiuisibile velox est, breuis, ac momentanea.

2. Nunc, quia ex huius vitæ spatio nihil habemus præter hoc præsens Nunc fugax, & indiuisibile, præteritum enim præterijt, & ignoramus quantum nobis vitæ in futurum superstit.

3. Nunc dum in hoc exilio, & valle lacry. Cant. ¹⁰
 marum sumus, donec asperet dies, & inclinatur umbra: quando adhuc tempus est misericordie, antequam veniat nox: quando nemo potest operari: nunc igitur ad te clamamus, ad te suspiramus gementes & stentes, vt Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostendere digneris.

ET IN HORA MORTIS

NOSTRÆ

1. **N**Os omnes tuum suppliciter imploramus auxilium, vt in extrema illa, & periculosa pugna, qua callidus serpens nostræ vitæ calcaneo insidiatur, Tu Dei Genitrix nos ab eodem hoste protegere, eiusque caput conterere digneris.

2. Vt iustificationis gratiam, & in accepta iustitia magnum illud vsque in finem perseverantia donum, quod sine speciali Dei auxilio haberi non potest, nobis efficaciter impetrare digneris.

3. Vt in hora mortis nos suscipere, filioque tuo præsentare digneris.

A M E N.

ITa fiat.

1. *O clemens.*

2. *O pia.*

3. *O dulcis Virgo Maria.*

1. *Per Iesum, & vulnera sacratissima filij tui, quæ pro nobis suscipere est dignatus.*

2. Per peccatus. & uerba tua sanctissima, quibus illum aluisti atq; fomidi.
3. Per uiscera misericordia tua benignissima, quibus omnes ad te confugientes complecti non dedignaris.

Bernard.
serm. 4. de
adu. ad
u. u. u.

1. Fac o benedicta per gratiam, qua inuocasti.
2. Per prerogatiuam, quam meruisti.
3. Per misericordiam, quam peperisti.
Vt qui te mediante fieri dignatus est participi humilitatis, & miseria nostra, te quoque intercedente participes nos facias beatitudinis, & gloria sua Iesus Christus filius tuus Dominus noster, qui cum Patre, & Spiritu sancto est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Gallus imp.
Duranus
in ratio-
nali dis-
cipulo
lib. 7. c. 7.
Saluatio-
nem An-
gelicam
ratione
quatuor
tantu se-
stuitatib.
Virgini
hoc oratio-
ne accom-
modat, An-
nuntiatio-
ni, Assum-
ptioni, Na-
tuitati,
atq; Puri-
ficationi.

SALVTATIONES ANGELICÆ
singula uerba, quomodo singulis Deipara Vir-
ginis Festis, praprijsq; actionibus
aple respondens adnotatis locis.
huius Operis, in quibus de
his ueris agitur.

Et postea ad duodecim, instar coronæ stella-
rum duodecim, quibus redimitam illam
conspexit S. Ioannes Apoc. 12. reuo-
cari possunt. Sunt autem:

- 1. Conceptio.
- 2. Natuites.
- 3. Presentatio in Templo.
- 4. Annuntiatio.
- 5. Visitatio.
- 6. Partus.
- 7. Circumcisio Domini, in ipsa ei nomen imposuit.
- 8. Purificatio.
- 9. Festum ad Niuēs, & alia huiusmodi festa
- 10. Assumptio.
- 11. Sabbatum ei dicatur.
- 12. Festu perenne eiusdē Virginis in Cælo,

Cōceptio.
De Conce-
ptione im-
maculata
c. 4. & 7.

1. **A**Ue Conceptioni Immaculatae, Ave enim, ut cap. 5. huius Libri diximus, idē est, quod Gaudere: sola autem Virgo Deipara inter puros homines de sua Conceptione gaudere, ac latari merito potest: quippe sola in hanc vitam singulā Dei priuilegio originali labe (propter quam reliquis, qui eam contrahunt merito iugendum est) immunis emerit. Quod si uulgare illā notione S. Bonauenturae, S. Antonino, & alijs probatā lequāmur, ut Aue idē sit, quod sine uæ hoc est sine

miseria, de qua tamen re plura cap. 5. huius Operis. Id uero rem ipsam propius quam uocis etymologiam attingit. Iure etiam optimo Deiparæ usque uæ in tua Conceptione esse perhibetur, quæ labem illam, seu uæ primigenium, miseriarum omnium foetem Deo prohibente neuitquam contraxit.

2. **MARIA.** Natuitati sanctissimæ, in qua hoc ei nomen mellifluum iuxta ac gloriosum inditum est à nobis omni affectu, ac ne Deiparæ reuerentia contra dæmonum æstus, ac ne Deiparæ scruicium identidem usurpandum, atque inuocandum.

3. **GRATIA PLENA.** Presentationi deuotissimæ, quando Trimula in Templo à parentibus oblata se ipsa Deo dicauit, ibique uerueras filias, quæ sibi spirituales diuitias congregauerunt longè supergressa, copiosissimæ, qua plena erat, gratiæ specimen, ac præclarissimarum, & heroicarum uirtutum, quæ talem, tantamque gratiam committabantur, exemplum cunctis dedit absolutissimum.

Presenta-
tio.
De Præ-
sentatione in
Templo c. 2.
De uisita-
tione.
cap. 29.

4. **DOMINVS TACVM.** Annuntiationi salutaris, in qua præpotens Dominus ex eius purissimis sanguinibus carne suscepta, in eius uirgineo utero nouem mensibus habitauit, ac proinde singularitate cum illa fuit.

Annun-
tiatione.
De Annun-
tiatione
c. 5. & c. 3.
Visitatio.
Cap. 7.

5. **BENEDICTA TV IN MULIERIBVS** Visitatiōi humillimæ cum à sancta Elisabeth Spi-
ritu sancto repleta hoc elogio est exornata.

Partus.
De uirgi-
nitate Dei
para c. 33.
De fructu
uentris
eius cap. 8
Circumcisio

6. **ET BENEDICTVS VRACTVS VENTRIS TVI** Partui uirgineo, quo absque ullo dolore Christum Iesum benedictum uentris sui fructum, qui gustatus uitam confert sempiternam, nobis enixa est.

7. **IESVS.** Circumcisioni sacratissimæ dulcissimi eius filii, quando ipsa iuxta id, quod ab Angelo ei est præsignificatum, & uocabie nomen eius Iesum, diuinum hoc ei nomen imposuit, quod inuocatum omnem cordi suauitatem, ac pietatis sensum infundit, dæmonique hostes nobis infensissimos quàm longissimè auertit.

8. **SANCTA MARIA.** Purificationi mundissimæ, in qua cum ipsa, quæ & Virgo, & puritatis, & sanctitatis laude conspicua erat, nec purgatione egeret, nec ullis purificationis legibus teneretur, singulari humilitatis, & obedientiæ exemplo ad Templum accessit, filium suum dilectissimum Patri æterno obtulit, seque sponte purificationis legi subiecit.

Purifica-
tione
De Purifi-
catione
De para
cap. 37.

Festum ad Nives, & reliqua Virginis festiuitates. De h. & de Teplis Deipara cap. 19. Assuptio. De Assuptio cap. 9. & c. 22. Hebr. 9. Gen. 9. Quod sit Aduocata cap. 39.

9. MATER DEI. Festo admirabili, quod vocant ad Nives, alijsque Deiparæ solemnitatibus, quibus aliquod eius siue præconium, siue in genus humanum beneficium celebratur: etenim huiuscemodi prærogatiuis, ac crebris, & admirabilibus miraculis, se Dei Matrem, ac rerum omnium Dominam declarat; idemque nos Templis in eius honorem excitatis Festis diebus ei dicatis, alijsque obsequijs reuerenter fatemur, grataque memoria recolimus.

10. ORA PRO NOBIS PECCATORIBVS. Gloriosa Assumptioni: quemadmodum enim Christus Dominus teste Apostolo Hebr. 9. In ipsura Cœlum introiit, ut apparet nunc vultus Dei pro nobis ostendens Patri latus, & vulnera: sic Deipara in Cœlum assumpta vultui filij appareret veluti arcus in nubibus (qui est diuinæ clementiæ signum) ei que pectus ostendit, & verba, quibus pro NOBIS PECCATORIBVS eius misericordiam inuocare non cessat. Quocirca in oratione, quam Secretam vocant, Missæ vigiliæ Assumptionis eiusdem Virginis Ecclesia per Deiparæ preces exaudiri à Deo suppliciter orans, de eadem verba illa pronunciat: *Quam idcirco de presenti seculo transfulisti, ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter interesset.*

Sabbatum Deipara dicatum cap. 22.

11. NUNC DIEI sabbati Deiparæ peculiari ter dicato, quo NUNC, hoc est in præsentis vitæ decursu, quæ instar NUNC est breuissima, Ecclesia Virginis Deiparæ perpetuam memoriam recurrentibus hebdomadis recollit ob gladium doloris, qui eius animam pertransiuit, idque die potissimum sabbati, quo filij corpus exanime in sepulchro iacuit, eiusque præsentia, destituta erat;

simul etiam ea, quæ filius ipsa inspectante atrocissima passus erat apud se reputans acutissimo animi dolore veluti gladio confodiebatur: vsque ad illius resurrectionem die Dominico, quam firmissima fide præstolabatur.

12. ET IN HORA MORTIS NOSTRÆ. Festo perenni in cœlis: cum enim Deipara iuxta crucem morientis filio, quem æterno Patri prompta voluntate offerebat, forti quidem animo, sed non absque ingenti cordis sui cruciatu assistent; nosque omnes eo tempore ab eodem Christo in Ioanne dilecto discipulo commendatos in filios susceperit: mirum non est si suis clientibus, atque deuotis mortis eorum tempore, ut vitæ huius peregrinationem sancto sine claudant, peculiari patrocínio assiste-
De gaudio re, tantareque draconis vitæ nostræ calcaneo insidiantis caput conterere ei diuinitus sit datum, quo illi in cœlum ad æternam felicitatē & ad perenne festum, & gaudium, quod Beati ex Deiparæ Præsentia capiunt feliciter aliquando perueniant.

AMEN. Sic fiat *Dominia nostræ, Mediatricis nostræ, Aduocata nostræ.*
Per sacratissima viscera tua mysteria.
Per gaudia septem, doloresque totidem, quibus dum in terris degeres, potissimum affecta es.
Per privilegia tibi singulariter concessa.
Per gloriam, quam nunc in cœlis regnas.
Per viscera misericordie tuæ, quibus omnes ad te confugientes materna pietate complecteris: ut qui te vocam Dei genitricem veneramus in terris, tuus precibus, ac merito adiuti, vide- ro, colore te mereamur in Cœlis, o Clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria. Amen.

Festum perenni in cœlis, cap. 24.
De gaudio re, tantareque draconis vitæ nostræ calcaneo insidiantis caput conterere ei diuinitus sit datum, quo illi in cœlum ad æternam felicitatē & ad perenne festum, & gaudium, quod Beati ex Deiparæ Præsentia capiunt feliciter aliquando perueniant.

Bernard.

TRACTATUS

DE EXEMPLIS AC MIRABILIS

CVLIS DEIPARÆ.

PIO LECTORI.

Quomodo fulgura, voces, & sonitua ex Deiparæ throno



VITA de diuino Throno diuinitus accepta nobis tradit: S. Ioannes Apostolus in sacra Apocalypsi; inter illa quoque est, quod nos capite 20. huius de laudibus Dei-

paræ Libri explicandum, ac quomodo Deiparæ aptari possit demum ad id suscepimus. Et de nunc huius Throno, inquit, procedebat Fulgura, Voces, & Tonitrua. At iam c. 20. cōmuni Doctorū sententiā figuratō Fulgura, miracula esse diximus; quippe quæ procedebat luce, & splendore suo conuiscant: Voces autem suaves prædicantium cohortationes, quibus deuus peccatores ad viam salutis reuocant-